



Philosophical Transactions

Please note: Due to an error in the print volume, the page numbering in this article may contain either page numbering skips, or page numbering repetitions, or both. However, the article content is presented in its entirety and in correct reading order.

Please click on "Next Page" (at the top of the screen) to begin viewing the article.

JOHANNIS FLAMSTEDII

Derbientis Angli,

A D

Clarissimum CASSINUM Epistola,

Novas observationes extimarum Elongationum siderum Medicæorum à Centro Jovis, novâ sed & accuratâ ratione habitas, exhibens; adjectis quibusdam Observationibus nonvulgaribus, Planetarum diametros & à Fixis distantias, nec non Martis Acronici & Perigei Parallaxin, &c spectantibus.

Tibi ignotus ego, Clarissime Cassine, scripturus, tuam audaciæ meæ veniam pluribus verbis irem exoratum, nê studiorum communium causâ mihi Te compellanti, clara tua inter Celsipices ingenuitas, & utilitas aliqua observationum, quas tibi impertiturus sum, istud omninò supervacaneum fore persuaderent: Novas enim observationes, extimarum Elongationum siderum Medicæorum à centro Jovis, novâ sed & exquisitâ ratione factas, qualisque forsân vobis etiamnum non innotuit, considerationi tuæ offero; quas propterea scire tuâ plurimum interesse duxi, quippe ad mensuras Orbium Jovialium Comitum determinandas, nonnihil mihi conferre posse videbantur, quorum Te motibus instaurandis quod abiq; justa Orbium mensura nequit peragi) etiamnum insudare doctissima tua ad Societatem Regiam Epistola innuit.

Anni duo & amplius elapsi sunt, ex quo Eruditissimus Richardus Townleius, Armiger, mihi, tunc hospiti suo, pro humanitate quâ pollet erga omnes, sed præsertim Mathematicos, maximas Jovialium siderum à centro Jovis digressiones, à seipso observatas, nec non & motus cujusque medios, motuumque illorum Radices, ab observationibus ejus deductas, Townleio suo accommodatas, communicavit. Ab eodem deinceps Ephemeridas tuas Medicæorum siderum Anni 1668. impetravi; quibus, quando cum motus tum motuum Radices, nec non & summas Elongationes à Te constitutas, nonnihil à D. Townleii inventis dissidere comperui, & Ego, quod ipse imperius hortatus est, nonnullas primâ quaque occasione observationes instituere operæ fore pretium duxi;

duxi; idque non solum, ut, num nostræ cum suis, eadem ratione factis, observationibus consentirent, sed etiam, ut non diutius precario, sed è propriis observationibus & vigiliis ipsas Elongationes investigatas tenerem, & utri vestrum plus faverent celi, haberem exploratum. Tubum habeo longum pedes Anglicanos 14, vitris plano-convexis instructum, cui adedò, ab ocularibus Micrometrum, sive aneam ejusdem Dn. Townleii machinam (cujus ope uncia pedis in partes 3507 dividitur) applicui, ut ipsius indices à vitro Objectivo distent pedes 13 $\frac{2}{3}$ præcisè; adedò tamen ut eam, pro re nata, vel dilatare liceat, vel contrahere distantiam; ab Ocularibus tantùm 3. Quo instrumento Anno 1672, mense Martii Stil. Jul. sequentia qua potui cura experimenta prima feci; observationibus, in majorem certitudinem, identidem quaque nocte iteratis.

A. 1672. h. .

- Martii 19.7.11. Limb. Jovis remotior à 4^{to} satellite dist. 1601 = 9.34.
 27.8. Limbus remotior ab eodem 4^{to} Satel. 1591 = 9.30.
 28.8. Eadem distantia ————— 1598 = 9.33.

Jovis diameter p'uribus observationibus reperta 128. Ergò Semidiameter ejus 64; quâ, divisis distantiis observatis, apparentes sient Satellitis à limbo Jovis remotiori distantie in semidiametris ejus,

sd.		sd.		
Martii 19.25—01	}	Sublatâ semidiam. à centro sient	}	24—01
27.24—51				23—51
28.24—58				23—58

Cujus tunc motus à Jove & distantia à centro ipsius fuere; secundùm numeros tuos, ut hic. Aberat ergò satelles ab extrema elongatione, in prima observatione, tantum

	h. .	s. .	s. .	sd. .
Martii	19.7-11	8-25-33		22-56
	27.8 ...	2-19-35		22-37
	28.8 ...	2-11-12		22-24

4; in secunda, 23; in tertia, 26', semidiametri scrupulos sexagenarios; quos propterea si observatis Elongationibus modo debito adijciamus, sient maxime digressiones, hujus 4^{ti} Satellitis, à centro Jovis, per primam Observationem 24^{sd.}-05; per


secundūm, 24^h.--14'; per tertiam, 24^h.-24'; quam Tu statuisti tantūm 23, R. Townleius 24, 72.

Harum Elongationum posteriores duas accuratiores existimo, quippe quibus investigandis observationes commodas, omni qua cura poteram, peregi; priorem deinde inter plura noctis 19^{te} Adversaria inveni, quam perinde exquisitè captam haud ausim affirmare, quoniam decem alias observationes infra duarum horarum spatium eē nocte habui; sæpe repetitis omnibus, præterquam Satellitis à Jove, quem quando tunc in maxima Elongatione versari non præferam, semel tantum aut iterum adverti: Utcunque tamen observationem adjeci, quippe quæ non adè à sequentibus dissentit, quin eas possit confirmare, nec non ostendere, perpurum, (si quicquam) minus, sinistram quàm dextram versus hunc Satellitem à Jove elongari.

Sed tamen inter observandum sensi, Aeris & Venti motum, quatiendo vel agitando Tubum, (ad erectam Abietem, ope funis & trochleæ sub dio pensilem) observationem reddere difficilem; quin & frequenter efficere, ut nimis strictas acciperem distantias, Quamobrem à pluribus hujusmodi observationibus, quæ summam curam & præcisionem deposcunt, eoque supersedere constitui, donec commodiorem iis instituendis locum aptarem, quem tandem datâ hac occasione paravi.

Jovis sidere prope 9^{am} m^{xs} elapso mense Martii transituro, ejus quò præcisus ab ea distantias & positiones notarem, ad locum ipsius Acronicum, sed præsertim Orbitæ Inclinationem, plurimum tunc desideratam, inveniendum, in fenestra quadam ligneam machinam, brevis ad instar scæ, aptari curavi; cujus ope ei impositus Tubus quaquaversum converti potuit, nec à ventis, nisi admodum turbidis, hinc inde, ut sub dio fuit, agitari: huic imposito Tubo, transitum ex voto observavi. Subit deinde animum, omittas observationes Medicæorum repetere, tempusque visum fuit dari aptissimum Aprilis 1^a vespere. Propterea meipsum observationibus tunc omni diligentia peragendis accinxi, nec frustrâ quidem: Etenim, cælo tunc admodum sereno, omnes quatuor Satellites, per Tubum lentium convexarum, everso si. u. quo hic depinguntur, conspexi, & eorum infra scriptas à limbo Jovis, cuique remotiori, distantias dimensus sum; scil.

μ 3=985 iterum 988
 2=528 . . . 636
 1=425 . . . 427
 4=272 . . . 272



Altitudo μ vis quadrante ferè bipedali capta
 $24^\circ - 00'$. Ergo hora apparens Derbiæ 8^h. 26'. p. m. & tunc μ vis
 Satelles infra lineam utrinque per extimos Satellites, ut in figura,
 apparuit; sed vix plenam, ni fallor, semidiametrum.

Jovis diameter, identidem repetitis observationibus, reperta
 133; semidiameter ergo $66\frac{1}{2}$, quæ observatis sublata distantis,
 sient interstitia inter centrum μ vis, & Comitis primi, 360; se-
 cundi, 569; tertii 921; quarti, 203; quibus per $66\frac{1}{2}$ divisis,
 prodibunt visæ Elongationes à centro Jovis, in ipsius diametris;

sd. .		s. . .	sd. .
1. 5--25	}	1 9--04--52	4--59
2. 8--33		2 2--22--47	7--57
3. 13--51		3 2--20--26	12--48
4. 3--05		4 5--23--49	2--29

Defecit ergo Satelles primus, 1' tantum; secundus, 3'; tertius
 12' Scrupulis semidiametri sexagenariis à summa Elongatione,
 quos propterea si observatis addamus, sient extremæ Digressi-
 ones,

sd. .		sd. .
Primi, 5--26	}	5. } Attamen Dn. Town- 5-31
Secundi, 8--37		8. } leius, ut in schedis 8--47
Tertii, 14- 02		13. } aliquibus reperio, 13--28

Comoda rursus prævisa dari opportunitas Aprilis $\frac{11}{12}$ vespere; ;
 quamobrem, cum non ab uno aut altero Experimento distantias
 has duxerim definiendas, habitis tunc etiam Observationibus, ul-
 terius mecum inquirere institui; quas cum primum auspicabar,
 celum circa Jovem raris aded nubibus tectum erat, ut subobscurius
 nonnisi aliquando Satellites potuerim conspicerere; quorum tamen
 à limbo Jovis remotiori, ut tulit aer, cepi distantias; nimirum

4 3 - 947.

Hor 7½ p. m.

Iterum 932.

4 2 --- 628.

Rursus 614:

4 4--405. bis ; factò tamen cælo protinus ad votum sereno, accuratiùs notavi ;

4 3.947.

2.622. .

1.405. 4

4.942.



Iterum 957, alto ψ^{ve} 24°. 00'. Ergo hora apparens 7^h. 56'. Satelles quartus paulo supra lineam, per primum & secundum ductam, apparuit ; tertius, infra eam, sed & aliquando existimavi in ea. Jovis capta diameter 132, semidiameter ergo 66, observatis quæ subducta distantis interstitium dabit inter centrum Jovis & 1, 339 ; secundi, 556 ; tertii, 881 ; quarti, 891 : quibus sigillatim per 66 divisit, prodeunt Elongationes apparens à centro Jovis in semidiamentris ejusdem, primi quidem, 5^{sd.} 08' ; secundi, 8^{sd.} 25' ; tertii, 13^{sd.} 21' ; quarti, 1^{sd.} 30'.

Satellitum motus medii à Pleni-mediceis, cum distantis eorum

	s	o	.	sd.
1.	8	15	35	4--50
2.	2	10	59	7--34
3.	2	12	02	12--22
4.	10	25	02	13--15

à centro Jovis, secundùm numeros .uos fuère, ut in hac tabeula exarantur. Unde videre est, primum à summa Elongatione abesse scrupulos semidiametri 10' ; secundum, 26' ; tertium, 38' . quos propterea si observatis Elongationibus

adijiciamus, fient maximæ hinc deducende Digressiones ;

sd. .


Primi, 5--18.

Secundi, 8--51.

Tertii, 13--59, per parum ab iis, quas ab Observationibus notis quartæ deduximus, dissentientes.

His tamen utrisque vicibus Intimus Satelles ad levam secundus & tertius ad dextram à Jove apparere ; sed Aprilis 15, vesperi, tertium à sinistra, in maxima Elongatione appariturum, & primum sub Jove tectum iri, prævidi ; cui propterea phenomeno invigilare operæ fore pretium duxi, nimirum ut perspicerem num eadem

eadem esset ejusdem Satellitis ad manum utramque à centro Jovis, summa remotio. Caelum nocte observationi antedicta sudum erat; sic pro voto observavi circa hor. $7\frac{1}{2}$.

4^{a} 3. 955. $\dot{\bar{3}}$ i 
 4^{s} diam. 131. & deinde $\dot{\bar{3}}$

A' to Jove.

25° . $00'$. i. e. hora 7. $43'$. Satelles primus mox Jovem à tergo subiturus, ut hîc, apparuit: $\frac{1}{2}$ circiter diametri à limbo ejus

27° . $20'$. ——— 8^{h} . $06'$. subivit Jovem;

27° . $26'$. ——— certè non conspiciebatur; unde motum hujus Comitæ sesqui-gradu minorem quàm ferant tui numeri inveni; num tamen hoc vitium in motibus mediis, latitudine, aut excentricitate Orbitæ Satellitis, nondum bene exploratis, lateat, me fugit. Tu, si ferram hanc reciprocare tibi placet, tuam feres sententiam.

Jovis erat semidiameter $65\frac{1}{2}$, observatæ quâ subductâ distantie, fit interstitium inter centrum Jovis & Satellitem 889: quod per eandem Semidiametrum divisum, visibilem dat Elongationem Comitæ à centro Jovis in Semidiametris ipsius 13^{sd} . $35'$.

Motus Satellitis medius erat 3^{s} . 14° . $09'$. Locus Jovis verus 10 . 27 . Ergo planeta à Pleni-mediceo 9^{s} . 3° . $42'$. aberat à summa Elongatione tantum scrupulos $3'$; quos si observatæ digressioni 13^{sd} . $35'$. adjiciamus, fiet maxima ad sinistram, hac vice, 13^{sd} . $38'$. parte nimirum tertia semidiametri minor, quàm ad dextram, bis conspirantibus notis, observavimus: Quod mihi videtur innuere, esse aliquam Centri orbitæ hujus planctæ à centro Jovis Excentricitatem. Utrum tamen sic se res habet, acerrimi tui erit iudicii, collatis Ec' ipsium observationibus, dijudicare.

Machinam sive Micrometrum, quo feci has observationes, N. 29. Phil. Transactionum, sed Anglico idiomate describam. videbis; cui si Telescopium pedum 40 vel 50, loco & situ observationibus accommo, dispositum tenuissem, adeo credo potuissem horum orbium latitudines determinasse, ut nullus merito majorem præcisionem expectasset.

Eodem-ego, & antedictò Tubo, pedum 14, Planetarum frequenter diametros & à Fixis distantias, ad secundos ferè scrupulos, quod vix inexpertus credes, dimensus sum; unde didici, omnes Astronomos etiamnum, unum præterquam Horioccium,

(6000)

in Lunæ systematibus ordinandis longè à vero aberrasse. Quid quòd & Parallaxin Martis Achronici & Perigæi nunquam majorera esse scrupulis secundis 25'; Unde sequitur, Solis esse summùm 10", & distantiam 21000 Terræ semidiametros. Inveniemus etiam Inclinationis orbitæ Jovis ad Eclipticam præcisam quantitatem, si modò dabitur unquam Fixæ cujusdem certa latitudo. Etenim pluribus argumentis evinci potest, Tychonem sæpe cum in locis, tum latitudinibus, Fixis quibusdam assignatis, duos tresve & interdum quatuor aut quinque totos scrupulos à vero aberrasse, qui donec sublati fuerint errores, frustra celestibus factis observationibus, utcunque numeros disposuerimus, satisfacere studebimus. Fixarum quidem restitutionem suscepisse celeberrimum Johannem Hevelium audivimus, attamen quandoquidem pinnacidiis vitrorum cassis fertur ipsum uti; dubium, an multùm ab ipso emendati-ores locos habituri simus quàm reliquit Tycho, nisi ubi valde hallucinatus est. Utinam à vobis in Gallia hæc correctio instauretur. Summa de Genio gentis Gallicæ, quin & de Te. Vir Clarissime. sperabimus. Vale, & si quæ è nostris observationibus usui Tibi esse possint, fac modo per amicum communem sciam, & tui protinus Juris faciam; imo quicquid posthac etiam observare poterit

Derbiæ,
July $\frac{7}{17}$ 1673.

Tui Cultor devotissimus

Johannes Flamstedius.

An Account